



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Fideivssoribvs. Titvlvs XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Idem R. de Monti Fortino.

Cum a contra G. civem Anagninum b super quibus  
dam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de  
Saul e pro certa quantitate pecunia obligaverat, & i-  
phus creditor hæc p. d. G. pignoraverant, mo-  
viles in nostra praesentia questionem, legitime probavi-  
li, quod ex carum proventibus tantum fuerat tam ab  
eodem G. quam ab aliis, qui eas tenuerant a tempore quo  
fuerant obligatae, percepimus, quod a fructu fortipot-  
erant adquirari. Nos igitur attendeantes, quod in talibus  
perceptione fructuum in solutione fortis accedat, cum se  
cundum canonicas sanctiones fructus restituiri, & in for-  
tem debeant computari: considerantes etiam, quod pos-  
sessiones ipsa jam extenuassent penitus totum onus, & de-  
bitum annullassent, ipsas tibi restituendas esse decrevi-  
mus, & te per nuncium nostrum in possessionem induci-  
scimus corporalem.

## CAP. VII.

Sic i, qui sub pacto legi commissione pignoravit rem suam, &  
fuerint non contravenire, justè impeditus intra diem statutum  
non redimere, post diem redimere poterit.

Idem.

Significante R. civi Pisano e nobis innouit quod  
cum domum f. suam G. Pisano civi pro 250. libris pi-  
gnori obligatae, ac promisit p. d. juramento, quod  
cum domum ipsam statuto termino recoligeret, credito-  
rem ulterius super eo minimè molestaret: & intra  
statutum tempus certum g. fidele nuncium (prout ei videtur) creditori pecuniam numeratam remittat:  
quam idem nuncius infideliter agens, sicut ei injunctum  
debet non perfolvit: & postmodum idem R. ab Imper-  
tatore detenus, dicto G. satisfacere non potuit ut de-  
bet: [i & infra.] Cum igitur pactum legis commis-  
sionis b sit in pignoribus improbatum, & predictus R.  
quantum in eo fuit, juramentum debitum adimplivit: cum  
pe cum, quem certum nuncium esse sperabat, pecuniam  
remittere termino statuto, sed in captione detentus sa-  
tisfacere non potuit creditori: Mandamus, quatenus si  
est ita, predictum creditorem, ut forte contentus, penio-  
bus pignoris computatis in eam, illam prefato R. omni  
dilatione postposita resigneret (pacto tali vel juramento ne-  
quaquam obstante) cent. eccles. cogatis.

I. Non per Dei gratiam liberari pristina restitutus, para-  
tu est pecuniam reddere creditori, licet ipse prorsus recusat re-  
cipere, quia ei non fuerit statuto termino perfoluta.]

## CAP. VIII.

V. infrastructum eaver, quod fructus rebus immobilibus salva-  
tione substantia, & pecuniam & estimationem mobilium, qua  
consumuntur usus, sicut fructu, restituet.

Gregorius IX.

Cum l. constiterit, mulierem, uxorem Ogetii m, quo-  
ad ultimorum filio suo succelluisse in bonis, quo-  
rum proprietates ad M. mulierem, uxorem C. dignoscitur  
pertinere: Mandamus, quatenus eam ad cautionem  
idoneam exhibendam quod utatur & fructuar salva re-  
sum substantia n rebus immobilibus, que usu non  
consumuntur, ad arbitrium boni viri: Pecuniam vero  
si quam habuit o vel habebit, ac estimationem bono-  
rum, que consumuntur usu, & in hæreditate inventa-

a C.3.cod.att. in 2. compilatio. b Anagnen. al. Anagn. c Salu. d al. in quo fructus. e Canti. cod. tit. in 4. comp. f vox. suam, decit in anti. g vid. Gomez. tom. 2. var. ref. 7. h vid. Corvar. l. 3. var. ref. 5. i constituta. k vid. l. 2. & l. 3. de Cn. Lex quibus cau. ma. & l. 2. & Bart. ff. de in ius vot. l. vid. l. 2. de usus null. & Spec. tit. de pign. & sequitur videtur. m Egidii. n al. in rebus. o haberit.

fuerint: in morte sua dicta mulieri, aut hæredibus ejus re-  
stituat, per censuram ecclesiasticam compellatis.

## DE FIDEIVSSORIBVS. a

## TITVLVS XXII.

## C. A. P. I.

Brevi est, nec potest brevius summarie.

C Lericus & fidejussionibus d interviens, abjicia-  
tur.

## C. A. P. II.

Compelletur clericus servare fidejussionem indemnum per affiga-  
tionem redditum suorum.

Lucius tertius Elen. Episcopo, & c. Archidiaco-  
no Norvicensi.

P Ervenit f ad nos ex coniectione R. clerici, quod  
cum ipse pro C. & F. clericis, mercatoribus Bonon.  
fidejusserit: illis praescriptam pecuniam non solventibus,  
coactus est satisfacere de eadem. Ne igitur dispendium  
patiatur, unde videatur primum meruisse: Bononien.  
Episcopo dedimus in mandatis, ut super debitis illis in-  
strumenta, que sunt apud creditores invenientur, & eorum  
transcripta suo sigillo signata vobis mittentur non postpo-  
nat. Mandamus itaque dilectioni vestra, quatenus si  
ex concessione predicatorum clericorum vel alias legitimè  
vobis rem ita se habere constiterit, moneat eosdem ut  
memorato R. pecuniam, quam pro eis solvit restituant,  
ipsumque servent indemnum: alioquin de redditibus eorum  
praescripta debita faciat exolvi, & dannam etiam, quæ  
propter hoc periret, refarciri: aut predictos redditus sibi  
affiginet tamdiu sine molestia detinendos, donec ipsa  
donna refaciatur, & debita sine deminutione soluta.  
Præfatos vero clericos, si religionem fidei & ju-  
ramenti sui eos violasse constitutit, ab officio & beneficio  
suspensionis.

## C. A. P. III.

Ter dilationem canonica compellitur debitor à fidejussione  
abfolvere fidejussionem, quæ à creditoribus molestatur.

Idem Cantuariensi g. Archiepiscopo.

C Onstitutus h in praesentia nostra magister S. sua no-  
bis affectione monstravit, quod pro cancellario tuo  
tempore Lateran. concilio in quadam summa pecunia in-  
tercessit: quia quæ usque modo debitor non perfolvit,  
se afficerat plurimas à creditoribus Bononien. molestias  
pertulisse, & debitum augmentatum. Ideoque manda-  
mus, quatenus si legitimè tibi de hujusmodi assertione  
constiterit, praesatum debitorem, ut eum à predicta inter-  
cessione fine dilatione prorsus absolvat, ecclesiastica &  
cœlatura compellas. Præsentium quoque auctoritate  
injungimus, ut fidebitum vel accessiones ille negaverit,  
confundendis, quæ est legi contraria, non obstante, jura-  
mentum calumnia subire cogatur. Præterea quia diffi-  
cile foret intercessori siros testes in Angliam ducere, ju-  
dicibus Bonon. (satiatione idonea à cancellario ipso  
accepta, quod ad testes audiendos vadat vel mittat intra  
terminum competenter) literis tuis significes, ut eos vi-  
ce tua recipiant & examinent diligenter & depositiones  
eorum transmittentes inclusas, significant, quanta fides  
possit instrumentis vel testibus adhiberi.

a De materia hujus capituli vid. Anton. Gomez. tom. 2. varia.  
ref. l. 19. b Cartuariensis. al. Carthaginensis. c C.3. cod. tit. in 1.  
comp. d al. fidejussionibus. e al. Archiepiscopo. f C.4.  
cod. tit. in 1. comp. & post conc. Lateran. sub Alex. III. p. 33. c. g al.  
Cantuariensi. h C.3. cod. tit. in 1. comp. i al. disiplina.

ooo 2

## CAP. IV.

*Si sine licentia pralati & majori parti capituli religiosus fidejussit, vel mutuum accepit, non teneat ecclesia, & ipse recipiens punitur, nisi mutuum sit versum in utilitatem ecclesia.*

*Innocentius tertius in concilio generali. a*

**Q**uod b quibusdam religiosis à sede Apost. est prohibitum, volumus & mandamus ad universos extendi: e: ne quis videlicet religiosus ablique majoris partis capituli, & Abbatis sui licentia pro aliquo fidejubet, vel ab aliquo pecuniam mutuum accipiat, ultra summam communis providentia constitutam: alioquin non tenetur conventus pro his aliquatenus respondere. Nisi forte in utilitate d domus ipsius manifeste confiterit redundasse. Et qui contra istud statutum venire presumperit, graviori discipline subdatur.

## CAP. V.

*Tonit tres casus, in quibus fidejussor contra debitorem agit antequam solvatur, ut à fidejussione liberetur.*

*Gregorius IX.*

**E**um pro quo te fidejussorum obligasti, si diu in debiti solutione cessavit, aut dissipate bona sua coepit, seu super hoc condemnatus fuisti, iure poteris convenire ut te à fidejussione debeat liberare.

## DE SOLUTIONIBVS.

## TITVLVS XXIII.

## CAP. I.

*Successor in beneficio tenetur solvere debita praedecessoris pro necessitate ecclesie contracta.*

*Alexander III. Decano & capitulo Morian. f*

**A**d hoc g in Apostolica: & infra. Sicut filius debita patris solvere tenetur, ita pralatus sui praedecessoris, pro ecclesia necessitate contracta.

## CAP. II.

*Si pralatus obligat ecclesiam pro alienis debitis, et suspensus ipso facto ab administratione spiritualium & temporalium, & ecclesia non tenetur.*

*Gregorius IX. universi ecclesiarum pralatus.*

**S**i quorundam: & infra. Firmiter inhibemus, ne quis praesumat ecclesiam sibi commissam pro alienis gravare debitis, aut literas alieci seu signilla concedere, quibus possent ecclesie obligari h: Dementes si fecerit attentatum, ad solutionem talium debitorum ecclesias non teneri. Si quis autem contra praemissa ex parte venire presumperit, ab administratione spiritualium & temporalium noverit ei suspensus.

## CAP. III.

*Si clericus non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec alter molestat: praefatibz tamen cautions saltem juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem foratum.*

*Idem Decano & canonico Tullen.*

**O**doardus i clericus propositus, quod cum p. clericus, D. laicus, & quidam alii ipsum coram officiali Archidiaco Remen. super quibusdam debitis conveniens; idem in eum recognoscetem hujusmodi debita, sed propter rerum inopiam solvere non valentem, excommunicationis sententiam promulgavit: & infra.

a Ca.50. b C.un.eod.tit.in 4.comp. c Vid.l. cum acutissimi per Bart.C.de fideicom. d Vid.Bald. in auct. hoc ius porrosum. C.de sacra san eccl. e Vid.Gaud.Pap.descr.117.incepit, fidejussor potest. f al.Norvicen. g C.i.eod.tit.in 1.compil. h Vid.Lque doct. ff.solut.marr. & LLucius. & utrobicq. Bar. ff. de fide instru. i Odardus habet antiqua exemplaria. Vid. late per Bald.in 4.fin.

Mandamus, quatenus si confiterit, quod praedictus O. in totum vel pro parte non possit solvere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxet, recepta prius ab eo a idonea cautione, ut si ad pinguiorem fortunam devenerit, debita b praedicta perolvat.

## CAP. IV.

*Conquerens se indebito soluisse, hoc probare debet, nisi in casu posito.*

*Idem.*

**I**s, qui conqueritur indebito pecuniam se soluisse probare tenetur, quod indebito sit soluta. c Nisi eius adversarius solutionem incivans exinde convincatur: tunc enim differenti onus incumbit probandi, quod debitum receperisset.

## DE DONATIONIBVS.

## TITVLVS XXIV.

## CAP. I.

*Toties intelligi duobus modis: & secundum primum intellectum b. Liberatu in donando existimat se debere quod donat. Vel si secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.*

*Gregorius d A. Patricio Gallorum.*

**P**rudentes: [ i & infra.] Hanc e sibi quedammodo nobilitatis legem f imponit, ut debere se, quod sponte tribuit g, existimat: Et nisi in beneficiis suis creverit h, nihil le praeſcripte putet.

[ i Viro sicut esti, Regibus adhaere, mulierum filamentis, &c. ut in registro impreso.]

## CAP. II.

*Non valet donatio, quam facit pralatus in consilio capituli, & in damnum ecclesie.*

*Alexander III. Parisien. Episcopo.*

**F**raternitatem i tuam credimus non latere, quod cum Episcopus & quilibet pralatus ecclesiasticorum rerum sit procurator, & non dominus: conditionem ecclesie k meliorare potest, facere vero detinorem non l debet. Accepimus autem, quod praedecessor nus graves donationes in rebus episcopatus fecit in detrimentum ecclesie, suis canonici inconsulto.

Vnde quoniam donationes hujusmodi de jure non tenent, indulgemus m tibi, ut licet donationes hujusmodi tam a clericis, quam a laicis legitimè revocare.

## CAP. III.

*In considerando, an valeat donatio facta per pralatum, addit attendi quantitas rei donata, & loci constituta, b.d. inbarrato terra.*

*Idem Vigorien. Episcopo. n*

**C**aterum o, si Abbatem donationem cum priore & quibusdam de conventu, vel solum Abbatem facere contigerit, & postea conventus pars reclamaverit: Data rei quantitas, & illius terra confutudo (qua tamen facies canonibus non obviat) est diligenter attendenda: & secundum hoc est donum ratum vel irritum judicandum.

## CAP. IV.

*Ecclesia non vacans, in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic de auctoritate tamen Episcopi, & sine praeſcriptis pralati.*

a al. ab ipso. b preſcripta. c Vid. l. cum de indebito. ff. de proba. d Aſchelpatol.1.2. e C.i.eod.tit.in 1.compil. f poni. g extim. h me. i Ca. 2. eod. iii. m. comp. k In C.Barb. meliorem potest facere, &c. l al. non potest. m al. indulgemus ut tibi licet. &c. n VViger. al. VVigori. o C.i.eod.tit.in 1.compil. & c. 2. iii. de conſu. m. comp. & poſt conc. Lat. p. 29.c.3. Idem